

cundæ prudentiæ. Hinc de solertia quæ operationes aut verba hominum concernit expediam, & licet non ignorem sapientiam quiddam maius ac sublimius importare, quàm quod vel prudentiæ vel cuiusquam virtutis contineatur angustiis: quia tamen rerum floridiora carpenti, prætereunda huius mentio non fuerat, nec alibi opportunius poteram, hoc loco sapientiæ exempla, quæ clariora videbuntur interseram. Post hæc providentiam ipsam, in propriis finibus locabo, hoc est, non vt ex rebus bellicis, sed ex ipsa hominum vita, & ex communi rerum agibilium aceruo proferantur exempla, vbi permixtim & de coniecturis agam, mox de oraculis, de somniis, de ominibus, de portentis, quod hæc quoque in anteriora prospiciant, quàm breuissimè perstringam. Nouissimè Stratagematicum tractatum partim secundam, partim tertiam prudentiæ vim in armis necessariam repræsentantem adiiciam, quæ copiosa & ampla est materia, & necessariò in plures particulas secanda. Quippè cum de vna quaque non tantùm apud Græcos, sed etiam apud nostros, integri sint cuactorum libri, & quia

secun-